

Mellitissime

Tuæ ad me recte perlatae, significan-
bant meas literas maximum apud te
pondus habere. Multum te amo No-
bilissime Amice, quod eo animo
acceperis proximas meas, quo qui-
dem cum primis optabam. Nam
cum te presente minus sruï possim,
cujus tamen amor mihi in hora
crescit, unicum est, quod languentem
desiderio animum mulceat atque
solari queam, per legendas tuas. Quo-
circa crebrius perscribere ad me
haud graveris. Unæ epistolæ respon-

venio ad alteram. De progressu
meis in studijs curare te video, quod
me valde letatur. Persuadeas Tibi
velim me ~~egere~~ à parentibus bene d^z,
linguere, et ad id animum Semper
applicare ut humaniorum quod dicitur
studiorum Sedula cura habeatur, ut
que inter reliqua commendare va-
lent, quin nos preparare, ut feli-
citer sapientiae verae viam in-
grediamur; Universitatis vestrae
status, et Collegia Summo prelo laudan-
dus; Profecto nobilis et excellens
professoribus opera est, quod in

castris Minervae militantibus
masculis succurrant. Provehat
DEUS negotium. Tempora interim
nostra sunt conclamata et spe
racis concidimus. Doleo consabum
stationem nostram aliquantisper
impediri dum literae per cursores
publicos vel in posterum non erunt
remittende. Opituletur nobis de
T. O. M. et de machina quasi subve
niat periclitantibus nostris.
Tu vero Mellitissime, mei non oblivis
scaris, hoc in tam statu turbido, et me
absente, praesentem effingere velis.

Ego immortalis memoria percepta
retineam amicitiae officia, quoad
tecum praesente agere liceat.

Videbis quid per ista tempora
tuto mitti possit. Vale carissi-
mum et desideratissimum caput.

Bedini die undecimo
Calendarum Junij.

Anno 1715.

Quem dicitur.

H. L. Röele

Gij. Ca. Livis.

L. S. Hisce aspergere placuit, Borussiae
rum clades deo millium facta, in qua
Princeps Dessau dictus Lusius
forditer pugnavit; habes plura, quae
nec possunt scribi, nec scribenda sunt.
Interim Dn. Bobart, ac Dn. D. Ponath
peramanter salutem tibi referunt
optantes omnia ex cogitando bono
Vale et salve.